Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sollicita perscrutatione monimenta publica. discutiendo perquireret.
et qui martirium a quo iudice. in qua provincia vel civitate. qua
die. qua ve passione perseverantie sue. obtinuerint palmam. de ipsis
archivis sublata. ipsi eusebio. regio iussu dirigerent. Unde fac
tum est. ut ydoneus existens. et ecclesiasticam hystoriam retexeret.
et omnium pene martirum provinciarum. omnium romanorum. dili
gens hystoriographus declararet. et quomodo omni die. sacrificium deo offe
rentes. eorum nomina meminissent. studentes qui die ipsa. qua offer
tur sacrificium. victores diaboli extitissent. et martires sui triump
ho pollentes. atque ovantes. ad regem suum pervenirent christum. Hac
de causa singulorum mensium. singulorumque dierum. festa conscripsimus.
ut iubere dignabamini. perhennem nostre parvitatis memoriam fore
credentes. cum diebus omnibus per tot annorum spatia. facta sanctorum fuerint.
nominumque festivitates celebrare. et quod per singulos dies. diversarum
urbium. plusquam octingentorum et nongentorum milia martirum nomina sunt
nominata. ut nullus dies sit. qui non ultra quingentorum numerum repe
ri possit adscriptus. excepto die kalendarum ianuarium. Considerans
inter innumerabiles turbas. lectoris animum. ita unum nisem
posse lascescere. ne idem eveniat succincte. ac breviter eorum qui
sunt in amplissima festivitate in suis locis tantum positionibus me
moratus sum. ut amputato fastidio unus de omnibus sufficiat libel
lus adscriptus.

Non ad hoc negotium mei ingenii fiducia trahor. nisi fretus eloquio.
ad adtingendas sanctorum civilitates presumo. ne cum multa sit pa
ca referens. vituperium magis quam laude assumam. quod etiam si per sanctorum
eloquentie auctor existere. non solum facundiam nichil ornarem.
Sed victus materie mole succumberem. Verum igitur cavat me amor provo
cat. vir affectus trahit. Pecto enim habeo fres animari conatus nostros.
eorum meritis quorum vitam narrantes veniam. Itaque castis moribus emu
landum honorem. ut quod in proprius nostris virtutibus deest. in patrum gloria perfectum
videatur. Sed quamvis repentinus sit ingenuitatis sermonis. exordium
faciamus. Passiones beatorum martirum. digna piaque veneratione